



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXII.**

28. Martij. 5. Cal. April.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

Libro-  
rum  
pia, &  
frequēs  
lectio.

affiduus, tibi rigidus, in alios charitate  
uberrimus, post prædictam à te mortali  
horam placidè exspirasti. *Utilis omni-  
no pia librorum lectio, & si cui desper-  
datum est, commentatio. Ibi enim Veritas  
sinè adulatione proponitur: ibi sinè noxi-  
rubore erubescere, & damnare delicta no-  
stra: ibi veritatis & virtutum thesauros,  
sinè magno laboris impendio, intuemur.  
Imbue tu me hac pia temporis avaritia, ut  
perijisse diem arbitrer, cui us aliquam par-  
tem sibi lectio sacra non vendicaverit.*

S. BERNARDUS, Tr. de vita solit.

Verita-  
tis, &  
Volun-  
tatis  
consen-  
sus.

*Ne aliquando aberret nimia vo-  
luntas, necesse est, ut semper adsit  
mediante obedientia custodiens Ve-  
ritas. Nihil enim in bonum homi-  
nis, in Deum proficientis, tam sibi  
convenit, quàm Veritas, & Volun-  
tas.*



28. Martij. 5. Cal. April.

Obijt  
anno  
1134.

S. STEPHANE, Magne Præsul Ar-  
chicœnobij Cisterciensis: qui hodi-  
erna die vitam mortalem, sanctitate,  
fœcunditate, & miraculis illustrem,  
clau-

clausisti felicissimè. Solennis tamen memoria ad latius anni tempus dilata in diem 17. Aprilis, occasionem nobis tunc offeret, vitæ tuæ seriem, pro modulo nostro contemplandi. Tu Divinâ orâ clementiâ, in qua ssem omnem responebas, ut desideria nostra, tuam sanctissimam vitam moriêmque imitandi, suâ gratiâ (sinè qua laboramus in vanum) compleat, atque confirmet.

Sancti, ac Beati Monachi VILLA-  
RIENSES: quorum corpora ibidem  
requiescunt; & quos hac die sub Vigi-  
lijs matutinis, Summus Pontifex Chri-  
stus, gloriose in chori summitate ap-  
parens, plenariâ suâ potestate, & vivæ  
votis oraculo, Beatos pronunciavit his  
verbis: *Quotquot hîc sunt, mei sunt.* Li-  
cèt enim e florentissimo illo virtutum  
viridario desumpti flores, Cistercien-  
sem hortum notis nominibus permul-  
tis exornent: certum tamen est varijs  
revelationibus fide dignis, plures ibi  
sub umbra telluris latere, quorum no-  
mina, ut in Libro vitæ descripta, ho-  
die solenni simul veneratione cohone-  
stantur. *Quàm letas modò gratias refer-  
tis Optimo Redemptori, qui vos tam felici,  
& in omnem retrò aternitatem permansu-  
ra benevolentia fuit dignatus! Gratis ego  
ab eadem Bonitate creatus sum & redem-  
ptus*

Contigit  
hæc vi-  
sio circa  
annum  
1167.  
Christi  
favor  
ingens  
erga  
Villa-  
rienses.

Grati-  
tudo,



*pius sum: quanta beneficia! Ah ne finis  
me his vivere ingratum!*

S. BERNARDUS, ser. 27. de divers.

Ingra-  
titudo  
cavēda.

*Obsecro itaq<sup>3</sup>, fratres mei, humilic-  
mur magis ac magis sub potenti ma-  
nu Dei: Et ab hoc tam maximo, tam  
nequissimo vitio ingratitude longe  
fieri studeamus: ut tota devotione in  
gratiarum actione versantes, concilie-  
mus nobis gratiam Dei nostri, qua  
sola potest salvare animas nostras.*



29. Martij. 4. Cal. April.

Contigit  
anno  
1181.

**M**ortis, & Inferni Triumphatrix  
gloriosissima Virgo MARIA, ac  
Cisterciensium singularis Patrona: que  
hodie monasterium Camberonense,  
lactis stillicidio nobile, quod ibidem  
olim in BERNARDUM tuum effudi-  
sti, ab obsidentium hæreticorum fau-  
cibus illustri prodigio extraxisti. Cùm  
enim illi jam admotis ad mœnia sca-  
lis, aggestisque ad portas ignibus, di-  
reptionem sacerrimæ Ædis in sua po-  
testate haberent; omni humano auxi-  
lio destituti monachi, opem à te má-  
gnâ